

mort du saint. Les petits traités de la conscience de la conscience que nous avons étudiées le montrent assez.

Un autre exemple, celui de l'abbaye de Saint-Victor, va dans le même sens. Son histoire illustre elle aussi le danger d'un certain anti-intellectualisme. L'abbaye de Saint-Victor avait débuté à la fois dans la rigueur scientifique telle qu'on la concevait alors et dans la ferveur du renouveau canonial. Guillaume de Champeaux et Hugues de Saint-Victor étaient des théologiens de premier plan en même temps que des spirituels de grande classe. Mais, peu à peu, certains victorins — peut être bien sous l'influence cistercienne — en vinrent à suspecter la théologie systématique. Richard de Saint-Victor proposera une théologie spirituelle d'une rare densité. Mais très rapidement ce sera le conflit : pour un Godefroy qui défend l'humanisme et la science, un Gauthier ne verra dans la théologie qu'un « labyrinthe où se perd la France ». Ce sera la décadence d'une école et bientôt l'appauvrissement spirituel ».

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Naz. PÉREZ, S. I., *La Inmaculada y Espana*. Pagg. 480. 1954. Ed. : Sal Terrae, Santander. Pr. : 50 Pes.

Auctor hujus libri, P. Nazarius Perez, per integram suam vitam omnem operam navavit ut cultum et devotionem erga Deiparam valide promoveret. Ad hunc scopum, plurimos conscripsit libros. Inter quos praecipue : *Historia Mariana de Espana*, pluribus voluminibus constantem. Obiit die 26 aprilis 1952, cum adhuc cogitaret de plurimis scriptis edendis occasione anni Mariani 1954. Liber praesens proinde non ab ipso ad finem deduci potuit. De caetero, uti mone-mur in Introductione, praesens liber constat excerptis ex majori opere historiae marianae in Hispania. Ex hoc libro ultimo, excerpuntur omnia quae historiam devotionis et cultus erga Immaculatam Conceptionem in specie prae oculis habent. Opus vero illud, e quo excerpta ista desumuntur initio praesentis saeculi conscriptum fuit. Omnes vero profecto norunt post annum 1904, in variis regionibus perplura esse conscripta et edita ut cultus erga Beatam Virginem, et theologia Mariana, purius, juxta leges positivae inquisitionis historicae et theologiae, exponerentur. In fine praesentis libri adduntur nonnulla quae nos edocent quatenus in Hispania ultimis annis facta fuerunt ut Beata Virgo digne ab omnibus fidelibus celebraretur.

Ex hac brevi descriptione originis praesentis libri, facile deduci possant et permulta bona quae heic congesta fuerunt ; simul vero et defectus sub respectu inquisitionis positivo-scientificae.

Modo dixi — et libentissime repeto — permulta relate in hoc libro collecta reperiuntur, de iis quae in Hispania ex parte Sanctorum et Sanctarum, a membris hierarchiae, a fidelibus, membris variorum Ordinum et Congregationum edicta, conscripta et facta sunt in honorem Deiparae Immaculate Conceptae, tam ante definitionem dogma-

ticam hujus veritatis, quam post ejus faustam definitionem dogmaticam anno 1854.

Quaedam etiam Praemonstratensia notantur in praesenti libro. Omnia quae asseruntur, hausta sunt e libris de Noriega et Quintanilla; Juxta quem, S. Norbertus apud sodales Ordinis a se fundati devotionem erga Immaculatam explicite inculcasset (p. 13). Immo Norbertus Ordinem suum fundasset specialiter ad hoc ut Ordo sese specialiter ad hanc veritatem tuendam et propagandam accingeret (in nota tamen hoc ut non omnino probatum admittitur); S. Dominicus educatus fuisset in abbatia La Vid, ibique edoctus fuisset de doctrina Immaculae Conceptionis! — Liceat nobis exprimere votum ut pro talibus et similibus assertis documenta vere probantia antiqua proffererentur. Si auctor piissimus hujus libri, P. Perez, ejusque editor, consulissent articulum publicatum a confratre nostro Dr. Huber, *Spanien und die Prämonstratenserkultur des Barock* in *Histor. Jahrbuch*, t. LXXII, 1953, pp. 349-378, asserta illa absque dubio minus catégorice, ut minimum quid dicamus, fuissent proposita.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

---